

Tacito, Agricola 4

Gnaeus Iulius Agricola, vetere et inlustri Foroiuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit, quae equestris nobilitas est. Pater illi Iulius Graecinus senatorii ordinis, studio eloquentiae sapientiaeque notus, iisque ipsis virtutibus iram Gai Caesaris meritis: namque Marcum Silanum accusare iussus et, quia abnuerat, interfectus est. Mater Iulia Procilla fuit, rarae castitatis. In huius sinu indulgentiaque educatus per omnem honestarum artium cultum pueritiam adulescentiamque transegit. Arcebat eum ab inlecebris peccantium praeter ipsius bonam integramque naturam, quod statim parvulus sedem ac magistrum studiorum Massiliam habuit, locum Graeca comitate et provinciali parsimonia mixtum ac bene compositum. Memoria teneo solitum ipsum narrare se prima in iuventa studium philosophiae acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, hausisse, ni prudentia matris incensum ac flagrantem animum coercuisset. Scilicet sublime et erectum ingenium pulchritudinem ac speciem magnae excelsaeque gloriae vehementius quam caute adpetebat. Mox mitigavit ratio et aetas, retinuitque, quod est difficillimum, ex sapientia modum.

ESERCIZI

I LIVELLO – LESSICO

- Nella presentazione di Agricola, Tacito offre una definizione di che cosa sia, per lui, l'intelligenza. Dove? Con quali termini?

- *Sapientia et eloquentia* sono messe in stretta relazione (dal *-que*, che le indica come un'endiadi, due parole per esprimere un concetto unitario). Si riesce a tracciare una breve storia di quest'idea? La ricerca può essere fatta partendo dal sito, a consultazione libera, <http://latin.packhum.org/browse> [PHI], ricercando i due termini con la stringa *sapient* & eloquent** (l'asterisco assicura della ricerca indipendentemente dalla desinenza finale; l'*et* commerciale della ricorrenza di entrambe le parole all'interno di una stessa opera. Quello che interessa non sono però le ricorrenze isolate di una sola delle due, ma quelle in endiadi [o in opposizione, o in accostamento] dei due termini)

- Nel brano la *castitas* viene riconosciuta come virtù femminile per eccellenza. Ecco una serie di ritratti femminili da leggere in parallelo:

Valerio Massimo, *Facta et dicta memorabilia* VII 6, 1-3

Tertia Aemilia, Africani prioris uxor, tantae fuit comitatis et patientiae, ut, cum sciret viro suo ancillulam ex suis gratam esse, dissimulaverit, ne domitorem orbis Africanum femina ignobilis ortus impatientiae reum ageret, tantumque a vindicta mens eius afuit, ut post mortem Africani manu missam ancillam in matrimonium liberto suo daret.

Q. Lucretium proscriptum a triumviris uxor Turia inter cameram et tectum cubiculi abditum una conscia ancillula ab imminente exitio non sine magno periculo suo tutum praestitit singularique fide id egit, ut, cum ceteri proscripti in alienis et hostilibus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix evaderent, ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem retineret.

Sulpicia autem, cum a matre Iulia diligentissime custodiretur, ne Lentulum Cruscellionem, virum suum proscriptum a triumviris in Siciliam persequeretur, nihilo minus famulari veste sumpta cum duabus ancillis totidemque servis ad eum clandestina fuga pervenit nec recusavit se ipsam proscribere, ut ei fides sua in coniuge proscripto constaret.

Laudatio Turiae I 30-37

Domestica bona pudicitiae, obsequii, comitatis, facilitatis, lanificii studii, religionis sine superstitione, ornatus non conspicendi, cultus modici cur memorem? Cur dicam de caritate, de familiae pietate, cum aequae matrem meam ac tuos parentes colueris et non alia mente illi quam tuis curaveris? Cum cetera innumerabilia habueris communia cum omnibus matronis dignam famam colentibus, propria sunt tua quae vindico ac paucae uxores in similia inciderunt, ut talia paterentur et praestarent quae rara ut essent propitia fortuna cavit. Omne tuum patrimonium, acceptum a parentibus, communi diligentia conservavimus...

Quali altre virtù vengono sottolineate in questi ritratti? Se ne può tentare una (rapida) definizione?

- *Comitas* e *parsimonia* sembrano altri concetti fondamentali nella descrizione dell'educazione di Agricola e del *milieu* culturale nel quale è cresciuto (Marsiglia). Attraverso l'aiuto, se occorre, del PHI, ne sapresti delineare più chiaramente i valori utili a spiegare l'idea di Tacito?

- *Ingenium* è la somma delle doti innate; trattando dello stesso argomento (le doti naturali del giovane, quelle che indicano come sarà da adulto), Valerio Massimo III 1 parla invece di *indoles* e intitola così un'intera sezione del suo libro. Qual è la differenza fra i due termini? Perché secondo te Valerio preferisce *indoles* e Tacito utilizza invece *ingenium*?

- Nel lessico dei poeti *ingenium* si contrappone di norma ad *ars* (così avviene ad esempio nell'*Ars poetica* di Orazio e più volte in Ovidio, dagli *Amores* alle *Epistulae ex Ponto*). Cosa contrappone i due termini? A cosa è contrapposto l'*ingenium* qui?

II LIVELLO – STRUTTURA

- Il brano di Tacito si apre con una parte più espositiva, secondo i principi della biografia retorica di ascendenza peripatetica: vi ritroviamo chiaramente sviluppati *genos*, *genesis* e *paideia*. Individua queste parti nel testo

- Nella seconda parte il brano assume invece una struttura più narrativa e aneddotica. Dove si pone la cesura fra le due parti? Con quale espressione? Perché è importante?

- Con quali formule Tacito mostra contemporaneamente simpatia e avversione per lo studio sistematico della filosofia?

III LIVELLO – CONTENUTO

- La biografia tacitiana serve a presentare Agricola come figura d'eccellenza, proposta a modello di chi deve vivere sotto *principes* che possono essere tirannici. L'idea, ancora solo implicita nel brano che abbiamo letto, è invece espressa chiaramente nel capitolo finale dell'opera (*Agricola* 46). Ne individui le attestazioni più evidenti?

Si quis piorum manibus locus, si, ut sapientibus placet, non cum corpore extinguuntur magnae animae, placide quiescas, nosque domum tuam ab infirmo desiderio et muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque lugeri neque plangi fas est. Admiratione te potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, similitudine colamus: is verus honos, ea coniunctissimi cuiusque pietas. Id filiae quoque uxori praeceperim, sic patris, sic mariti memoriam venerari, ut omnia facta dictaque eius secum revolvant, formamque ac figuram animi magis quam corporis complectantur, non quia intercedendum putem imaginibus quae marmore aut aere finguntur, sed ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt, forma mentis aeterna, quam tenere et exprimere non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quidquid ex Agricola amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum in aeternitae temporum,

fama rerum; nam multos veterum velut inglorios et ignobilis oblivio obruit: Agricola posteritati narratus et traditus superstes erit.

- Nel finale del capitolo 4 Tacito trasforma Agricola nel paradigma del detto *Philosophari necesse est, sed paucis*. Qual è l'origine di questo detto? Chi ne aveva fatto uso? Con quali intenzioni?

- Nel testo fa la sua comparsa anche Caligola (*Gaius Caesar*), responsabile della morte del padre di Agricola, e perciò presentato come esempio di inutile ferocia e pronta ira; è l'immagine che ha consegnato alla storia anche Seneca, nel suo trattato dedicato, appunto, all'ira. Sapresti ritrovarne qualche esempio da citare in parallelo? ,

- Dietro a Caligola figura però anche, per Tacito, il caso di Domiziano, che verrà riproposto nel seguito della biografia come esempio, a sua volta, di ferocia e iracondia. Si consideri ad esempio questo capitolo (= *Agricola* 41, con le sue importanti conseguenze):

Crebro per eos dies apud Domitianum absens accusatus, absens absolutus est. Causa periculi non crimen ullum aut querela laesi cuiusquam, sed infensus virtutibus princeps et gloria viri ac pessimum inimicorum genus, laudantes. Et ea insecuta sunt rei publicae tempora, quae sileri Agricolam non sinerent: tot exercitus in Moesia Daciaque et Germania et Pannonia temeritate aut per ignaviam ducum amissi, tot militares viri cum tot cohortibus expugnati et capti; nec iam de limite imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum. Ita cum damna damnis continuarentur atque omnis annus funeribus et cladibus insigniretur, poscebatur ore vulgi dux Agricola, comparantibus cunctis vigorem, constantiam et expertum bellis animum cum inertia et formidine aliorum. Quibus sermonibus satis constat Domitiani quoque auris verberatas, dum optimus quisque libertorum amore et fide, pessimi malignitate et livore primum principem extimulabant. Sic Agricola simul suis virtutibus, simul vitiis aliorum in ipsam gloriam praeceps agebatur.

Cosa differisce nell'immagine di Caligola e in quella di Domiziano?

Tacito negli *Annales* arriverà a dare anche questa sintetica definizione del tramonto di Roma (espressa a proposito di Tiberio e del senato di inizio I secolo, chiamato a discutere la successione del nuovo *princeps* ad Augusto):

At Romae ruere in servitium consules, patres, eques. Quanto quis inlustrior, tanto magis falsi ac festinantes, vultuque composito, ne laeti excessu principis neu tristiores primordio, lacrimas gaudium, questus adulationem miscebant.

Questo viene indicato da Tacito come l'inizio di ogni decadenza; quanto di questa idea trova già espressione nei passi dell'*Agricola* che hai letto?

- Nel capitolo 4 Tacito propone un'educazione che avviene sostanzialmente in seno alla casa e della quale (per la morte del marito) si fa carico la madre. Nel *Dialogus de oratoribus* Tacito riprende l'argomento, sottolineando l'importanza della figura materna, contro le balie prezzolate (capp. 28 e 29) e proponendo una serie di esempi. Il più famoso fra tutti è quello di Cornelia, la madre dei Gracchi. Anche Quintiliano discute il tema dell'educazione in famiglia oppure no, con importanti distinzioni (*inst.* I 2). Sapresti discutere le diverse posizioni assunte dai due autori? In cosa differiscono e in cosa, invece, sostanzialmente concordano?

- *Quod est difficillimum, ex sapientia modus* corrisponde al detto delfico *meden agan* (μηδὲν ἄγαν). L'equivalente latino più noto è il detto di Orazio (*serm.* I 1 106-107) *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, / quos ultra citraque nequit consistere rectum*. Nella stessa direzione va anche, almeno in parte, Cicerone, *Pro Murena*, 60ss. (l'attacco a Catone, il futuro Uticense, per il suo Stoicismo troppo rigido: *Accessit istuc [l'ingenium di Catone] doctrina non moderata nec mitis sed, ut mihi videtur, paulo asperior et durior quam aut veritas aut natura patitur*); oppure, sempre in Orazio, la satira terza del primo libro, sull'idea stoica che la colpa è colpa indipendentemente dalla sua entità, idea espressa anche da Cicerone nel contesto citato. Riesci a

commentare i diversi casi, e a discutere le posizioni dei loro autori? in cosa differiscono, e cosa invece riconoscono come un concetto comune?